

corbīta, ae. subs. f. ETYM corbis, *ab adi. fortasse *corbitus 'qui corbis imaginem habet', i. e. naus corbita 'ea naus quae a signo corbis distinguitur'* PAUL FEST 33. Corbitae ... quod in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi. DROM it. corvette, fr. corvette, cast. corbeta, port. corveta^{ML}, sed incertum est^{CorP}. [FREQ minima 6^{indicia} 0,36 /d.c.m. 254-184 PLAUT] uocabulum certe Romanum et a Romanis usitatum quamuis indicia desint, nam uariis operum generibus, scilicet dramaticis stircis et narrando aptis; omnibus usibus praecipue quotidianis; magis uersu quam prosa; inde ab initiis apparet, at saec. II ec. dimidiato euanescit.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	dramatica	3	6,8
	narratiua	2	0,37
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	III-II aec.	4	10
	I aec.	1	0,36
	I-II ec.	1	0,26
DIAPHASICA	docta	1	0,48
	media	2	0,14
	quotidiana	3	5,2
DIATRATICA	litteraria	6	0,44
MODUS	prosa	2	0,14
	uersu	4	2

¶ *naus onerariae genus • cierto barco de carga o transporte* [HYPER *naus oneraria*] 68-44 CIC Att 16.6.1. putabam, cum Regium uenissem, ... cogitaremus corbitane Patras an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum ... et, si oneraria, statimne freto an Syracusis. 160 GELL 10.25.5. Nauium ... appellationes hae sunt ... corbitae.

antea in similitudinibus tantum apparuit quibus tarditas et magnitudo ostenditur • antes solo apareció en comparaciones en que se realza su lentitud y tamaño 254-184 PLAUT Cas 778. noui ego illas ambestrices: corbitam cibi comesse possunt. Poen 507. sicut ego hos duco aduocatos, homines spissigradissimos, tardiores quam corbitae sunt in tranquillo mari. 543. Obsecro hercle, operam celocem hanc mihi, ne corbitam date. 180-103 LUCIL 483. *Ciclopi maius bacillum quam malus nauis e corbita maximus ullast.* (item CIL 8.27790.4.) PAUL FEST 33. Corbitae dicuntur naues onerariae. NON 533.11. corbita est genus nauigii tardum et grande.